S. PONTII MEROPII PAULINI

SENATORIS ET CONSULIS ROMANI

DEINDE

NOLANI EPISCOPI

OPERA

Ad MSS. Codices Gallicanos, Italicos, Anglicanos, Belgicos, atque ad Editiones antiquiores emendata, & aucta, nec non Variorum Notis ac Diſſertationibus illuſtrata;

NUNC VERO PRIMUM

QUATUOR INTEGRIS POEMATIBUS

Quæ ex Ambroſiana Bibliotheca pridem eruta modo ſecundis curis recognovit

D. LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS

AUCTIORA DEMUM ATQUE ABSOLUTA,

VERONÆ, CIↃ IↃCCXXXVI.

TYPIS DIONYSII RAMANZINI BIBLIOPOLÆ AD S. THOMAM.

SUPERIORUM PERMISSU.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D.

FRANCISCO ANTONIO CORRARIO

EX CAPPUCCINORUM ORDINE

VENETIARUM PATRIARCHÆ
DALMATIÆ PRIMATI &c.

DIONYSIUS RAMANZINI TYPOGRAPHUS
S. P. D.

CONSUEVERUNT illi qui ſibi gratiam a principibus viris quærunt, ea ipſis munera maxime offerre, quæ eorum ingenio gratiſſima atque acceptiſſima futura eſſe arbitrantur ; atque ideo mirum nobis videri non debet interdum legentibus aut videntibus, aliis numiſma-

ELENCHUS

EORUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTI PAULINI VITA EX VETERUM SCRIPTORUM OPERIBUS CONCINNATA, Col. I.

EJUSDEM ELOGIA EX VARIIS SCRIPTORIBUS. Col. CI.

OPERUM PARS PRIMA.

EPISTOLÆ LI. JUXTA ORDINEM TEMPORUM DISPOSITÆ. Col. I.

PASSIO S. GENESII ARELATENSIS. Col. 314.

PARS ALTERA.

POEMATA XXXI. SECUNDUM ORDINEM TEMPORUM DISPOSITA. Col. 327.

APPENDIX.

Epiſtola ad Marcellam. Col. 721.

Epiſtola ad Celanciam. Col. 727.

Poema ad Conjugem. Col. 745.

Poema de nomine Jeſu. Col. 751.

Diſſertationes VII. in S. Paulini Vitam, & Scripta. Col. 755.

Diſſertationes XII. L. A. Muratorii ad S. Paulini Poemata. Col. 799.

Notæ, & Obſervationes Variorum in S. Paulini Opera. Col. 809.

S. PON-

SANCTI PAULINI NOLANI EPISCOPI EPISTOLÆ

SECUNDUM ORDINEM TEMPORUM NUNC PRIMUM DISPOSITÆ.

* Aliàs VI. quæ eadem I. erat, nunc V.
Scripta ineunte anno 394. [illegible] paulo ante Paſcha.

EPISTOLA I.*

PAULINUS *Sulpicium Severum Primuliacenſem in Aquitania presbyterum hortatur ne ob pravorum hominum obtrectationem inſtitutum perfectionis dimittat; & illum ad ſe invitans, quomodo ipſe Barcinone in Hiſpania repentina vi multitudinis correptus presbyteratu initiatus ſit invitus, exponit, majeſtatem ſimul muneris illius magnifice deſcribens.*

* Vide Not. I.

PAULINUS ſervus Chriſti Jeſu, * SEVERO cariſſimo fratri ſecundum communem fidem in Deo Patre, & Chriſto Jeſu ſalutari noſtro, ſalutem.

Pſal. 118. v. 103.

Prov. 15. 30.

QUAM *dulcia faucibus meis eloquia tua! ſuper mel & favum ori meo*. Senſi plane quaſi delibutis melle ſermonis tui præcordiis ſanctæ Scripturæ fidem, qua dictum eſt: *Impinguant oſſa ſermones boni*; non utique hæc oſſa quorum ſtructura nos in corporis habilitate compaginat, ſed quibus interioris hominis firmitas continetur; ſpem ſcilicet, & fidem, & caritatem; quæ ſunt & viſcera miſericordiæ, & oſſa patientiæ, & totius membra virtutis. Hæc tu oſſa, & membra, & viſcera, ſanctis & ſpei, & fidei, & caritatis alloquiis opimaſti, quibus & fidei tuæ ſpem in Domino intentam, & ſpei fidem in Domino conſtantem, & plenitudinem caritatis in Chriſto, ſicut ipſius erga nos Dei dilectionem manere docuiſti, cum ſollicito & optanti mihi, neque aliter de te, immo de Deo credenti, qui & in infirmis virtutem ſuam operatur ac perficit, indicaſti augmentum patrimonii in cæleſtibus, quod ſalubriter præſentium onerum decoctione feciſti, fragilis ſubſtantiæ

A

B

S. PAULINI NOLANI EPISCOPI

POEMATUM ORDO NOVUS

cum antea vulgato comparatus.

Typothetarum oſcitantia factum eſt, ut tres Natales XI. XII. XIII. qui nunc primum huic editioni accedunt, non ſuo loco ponerentur, quem errorem hæc Tabula emendat, ſuo quemque ordine ac ſerie repræſentans.

Ordo novus.	*Ordo antea vulgatus.*		*Col.*
I.	1.	Ad Geſtidium.	327
II.	2.	ad Geſtidium.	328
III.	32.	de Regibus ex Suetonio collectis carm. Fragm.	329
IV.	3.	ad Deum matutina Precatio.	330
V.	4.	ad Deum alia Precatio.	331
VI.	5.	de S. Johanne Baptiſta.	334
VII.	6.	Pſalmus I. verſibus explicatus.	346
VIII.	7.	Pſalmus II.	348
IX.	8.	Pſalmus CXXXVI.	349
	* *Huc adſcitum.*	*ad Paulinum Auſonii, 23.*	352
	* *Huc adſcitum.*	*ad Paulinum Auſonii, 24.*	357
	* *Huc adſcitum.*	*ad Paulinum Auſonii, 25.*	359
X.	9. 10. 12.	ad Auſonium.	362
XI.	11.	ad Auſonium.	376
XII.	16.	S. Felicis Natal. I.	378
XIII.	17.	S. Felicis Natal. II.	380
XIV.	18.	S. Felicis Natal. III.	382
XV.	19.	S. Felicis Natal. IV.	387
XVI.	20.	S. Felicis Natal. V.	401
XVII.	30.	ad Nicetam redeuntem in Daciam.	413
XVIII.	21.	S. Felicis Natal. VI.	426
XIX.	* *Huc adſcitum.*	ad Jovium.	551
XX.	22.	S. Felicis Natal. VII.	558
XXI.	13.	ad Cytherium de Naufragio Martiniani.	569
XXII.	14.	ad Julianum & Iam Epithalamium.	602
XXIII.	23.	S. Felicis Natal. VIII.	608
XXIV.	24.	S. Felicis Natal. IX.	623
XXV.	25.	S. Felicis Natal. X.	646
XXVI.	* *Huc adſcitum.*	de Nolana Baſilica S. Felicis a ſe aucta.	658
XXVII.	*Nunc primum*	S. Felicis Natal. XI.	447
XXVIII.	*accedunt ex*	S. Felicis Natal. XII.	490
XXIX.	*integro.*	S. Felicis Natal. XIII.	513
XXX.	15.	Ad Pneumatium & Fidelem de Obitu Celſi	658
XXXI.	* *Nunc primum accedit.*	Ad Antonium	693

IN APPENDICE.

I. Append.	31.	Ad conjugem Exhortatio.	745
Append.	* *Huc adſcitum.*	De Nomine Jeſu	751

APPENDIX OPERUM S. PAULINI NOLANI EPISCOPI

COMPLECTENS

OPERA DUBIA, ALIENA, SUPPOSITITIA.

EPISTOLA I. *

* Alias XLIX.

Autor agit de bono tribulationis, per quam ad ſtudia pietatis profeciſſe Marcellam gratulatur. Vide Diſſert. 6. n. 2.

MAGNAM humilitati noſtræ fiduciam ſcribendi ad venerationem tuam Chriſti caritas dedit, quæ te fecit humilem corde pietatis, & divitem operibus benedictionis. Talis etenim de ſanctis fidei tuæ divitiis fama proceſſit, ut † ad nos quoque in longinquo poſitos penetraverit, & auditu a gratiæ Dei tamquam oleo lætitiæ impinguaverit oſſa noſtra. Notum enim factum eſt nobis bonum tuum; quoniam illuminavit Dominus vultum ſuum ſuper te. Segregavit te ab utero cognationis & terræ tuæ, non regione, ſed ſpiritu bonæ voluntatis, ut de terrenis opibus fidelem ſibi conſtitueat in cœleſtibus earum participem, de quibus ſcriptum eſt: *Mulieres ſapientes ædificaverunt ſibi domos.* Hæc autem audientes de tua felicitate cœleſti, effudimus coram Deo corda noſtra, & *in voce exſultationis epulantes* diximus: *Dominus mortificat, Dominus vivificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus divites pauperes facit, humiles exaltat, quia calix in manu Domini* b *hunc humiliat & hunc exaltat.* Quod etſi ad omne myſterium regni pertinere videtur, attamen & ad tuam ſpecialiter gratiam referri poteſt, quæ magno Domini miſerantis conſilio exaltata es ut c humiliareris, & humiliata ut exaltareris.

Prov. 14. 1. ſec. LXX. — Pſal. 41. 5. 1. Reg. 2. 6. Pſal. 74. 9.

2. Non enim ignoramus, venerabilis ſoror & benedicta filia, tuam præteritam in hoc ſæculo gloriam. Nam etiam vidimus te in tempore illo, quo domum tuam regalis affinitas attollebat, eminentem in his honoribusque deſtruuntur, quia & etſi ipſi quoque a Domino altiſſimo tribuuntur, quia *omnis poteſtas a Deo eſt*; attamen caduci & fragiles ſunt qui ſub hoc mundo aguntur, cujus figura ut umbra præterit. Unde impentius admiramur gratiam quæ tibi data eſt, & magnificamus in te Dominum, qui te in laboribus hominum poſuit, & ſalutifero paternæ pietatis verbere viſitavit, ut in paucis vexatam in multis bene diſponeret, teſte

Rom. 13. 1.

* Paulino hæc epiſtola adſcripta fuit a Romano ſacio, cum tomo 9. Hieronymi, vel Hieronymum ipſum, vel incertum præferret auctorem. Equidem cum Paulinus Nolæ maxime vixerit, cui vicina Roma ubi Marcella degebat, non potuit Paulinus illi fuiſſe longinquus; Niſi ad eam ſcripſerit, cum primum in Hiſpania vitam ſeveriorem amplexus eſt. *Roſweydus.*

a Ita MSS. tres codices 1. Iol. & 2. Victor. cum editis Mogunt. Rom. & Venet. At edit. Roſv. *gratia.*

b Hæc addidimus ex MSS. codicibus tribus & edit. Mogunt. Vide ſeqq.

c MSS. Iol. & 2. Vict. *humiliaveris* ... *exaltaveris.*